

COLECTÁNEA DE JURISPRUDENCIA/*JURISPRUDENCE COLLECTION*

R. P. D. ALEXANDRO ARELLANO CEDILLO

MORAVIAE

IURIUM

SUMMARIUM

1. 2. Casus adumbratio. - 3. De incorporatione. - 4. De unione pleno iure «ad nutum S. Sedis». - 5. 6. De donatione. - 7. De adsignatione paroeciae deque administratione bonorum necnon de alienatione sufficit recolere aliquas normas Codicis anni 1983. - 8. De reficiendis damnis. - 9. Perpensa discrepantia inter Abbatem Congregationis Z et Episcopum actorem de interpretatione notionis incorporationis, opportunum est videre an agatur in casu de incorporatione plenissimi iuris vel tantum pleni iuris. - 10. 11. 12. Ex documentis clare patet incorporationem paroeciae Sancti Iacobi ad Abbatiam habendam esse non plenissimo iure, subtrahenti paroeciam ex iurisdictione Episcopi, sed tantum pleno iure, una cum omnibus consecrariis profluentibus. - 13. Abbatia, uti constat ex perantiquis documentis,

etiam ante dictaturam communisticam, numquam inscripta est in tabulariis uti domina praefatorum bonorum. - 14. Attenta memorata natura incorporationis pleno iure, quae iurisdictionem ex Episcopi dioecesani potestate non eximit, plane probata est invaliditas donationum a Parocho Sancti Iacobi ad Abbatiam Congregationis Z factarum. - 15. De damnis reficiendis paroeciae Sancti Iacobi. - 16. Decisio pro parte actrice.

SENTENTIA DEFINITIVA

diei 3 maii 2017

1. - Ope trium actuum donationis subscriptorum diebus 1 novembris 1999, 21 decembris 2005 et 16 aprilis 2012 Parochus, sodalis Congregationis Z, paroeciae Santo Jacobo dicatae in municipio «J.» sitae,

utpote donans, transtulit proprietatem omnium bonorum immobilium praefatae paroeciae ad Abbatiam (seu Canonatum Realem) Congregationis Z in «S.», utpote accipiente. Episcopo proprio omnino ignaro, huiusmodi actus donationis facti sunt sine ulla licentia canonica petita obtentaque ad mentem cann. 1281, 1291, 1292.

Quare ipse Episcopus, detectis tantum mense aprili 2013 tribus donationibus in favorem Canonatus Realis, Abbatem monuit ad restituenda bona accepta, ope praedictorum actuum donationis, sed frustra.

Rebus sic stantibus, nunc praefata paroecia Sancti Iacobi nullam immobilem proprietatem possidet.

2. - Die 5 decembris 2014, Exc.mus Episcopus recursum nomine paroeciae Sancti Iacobi in civitate «J.» ratione can. 1480, § 2 ad H. A. F. interposuit et obtenta, rescripto Exc.mi P. D. Decani diei 17 martii 2015, avocatione causae inde a prima instantia penes N. A. F., Turnus rite constitutus est.

Exc.mus Episcopus, ad normam praefati can. 1480, § 2 agente in iudicio nomine paroeciae Sancti Iacobi, libellum porrexit in quo ita concluditur: «Quibus rebus expositis, infrascriptus rogat ut Hoc Apostolicum Tribunal velit: 1) irritos declarare praefatos actus donationis, quia omnino indigent licentia ad validitatem et iure universali et iure particulari (cf. cann. 1281; 1291-1292) requisita; 2) partem conventam condemnare ad solvendas expensas iudiciales una cum tributo sententiae atque ad solvendum honorarium Patroni, necnon ad refectorem damnorum».

Libello reviso admissio, in sessione diei 31 iulii 2015 dubium in primo iudicii gradu concordatum est hac sub formula: 1. An irritae declarandae sint donationes Abbatiae Congregationis Z loci «S.» a Parocho Sancti Iacobi in «J.» die primo novembris anni millesimi nongentesimi nonagesimi noni, die vicesimo primo decembris anni bis millesimi quinti, die sexto decimo aprilis anni bis millesimi duodecimi quatenus illegitime factae; et quatenus negative, 2. An parti actrici concedenda sit rescissio donationum; 3. An et qua mensura reficienda sint damna eidem paroeciae illata.

Instructoria peracta per acquisitionem documentorum ab utraque parte exhibitorum, reconciliatione ope mediatoris pluries experta sed frustra, acta rite publicata sunt decreto diei 3 augusti 2016.

3. In iure. - *De incorporatione.* - Scripta leguntur: «Incorporatio, quae quoddam unionis beneficiorum genus est, ideoque in iure canonico etiam nomine unionis venit, consistit iuxta Aichner Compendium iuris eccl., ed. XI, p. 275, cum communi, "in eo, ut aliquod beneficium cuidam collegio, capitulo monasterio, universitati, vel dignitati, et quidem plerumque. augendae donationis causa, adiiciatur. Ad munera beneficii incorporati obeunda semper vicarius deputari debet... Distinguitur triplex incorporationum species. Prima dicitur unio quoad temporalia tantum, seu non pleno iure, quando bona temporalia paroechiae assignata sunt ex. gr. cuidam monasterio, sed cura animarum administratur a rectore beneficii ab episcopo constituto ad praesentationem monasterii. Unio pleno iure est, quando tum temporalia tum spiritualia pertinent ad monasterium, ita ut cura animarum habitualiter resideat penes capitulum seu penes praelatum qui repraesentat capitulum actualiter vero exercentur per vicarium temporalem e gremio capituli deputatum. Mediante hac unione mutatur status et natura beneficii uniti, adeo ut quoad titulum exstinguatur et desinat esse beneficium et fiat pars seu praedium alterius cui unitur. Unio denique plenissimo iure ea est, qua praelatus monasterii iurisdictionem quasi episcopalem in clerum et populum subiectum obtinet haecque praelati iurisdictione ex episcopi dioecesanis potestate eximitur". Institutum incorporationis quoad rem et vocem saeculo XIII iam sat evolutum erat, ita ut de eius vi ac significatione non amplius ambigere liceat» (coram Heiner sent. diei 31 martii 1914, RRDec., vol. VI, pp. 171-172, n. 4).

4. - *De unione pleno iure «ad nutum S. Sedis».* - Praestat resumere can. 1425, 81 CIC 1917: «Si à Sede Apostolica paroechia domui religiosae uniatur ad temporalia tantum quod attinet, domus religiosa particeps fit solummodo fructuum paroechiae, et Superior religiosus Sacerdotem e clero saeculari in eadem instituentem, assignata congrua portione, Ordinario loci praesentare debet» et 8 2: «Sin autem pleno iure, paroechia fit religiosa, et Superior potest sacerdotem e sua religione ad curam animarum exercendam nominare, sed Ordinarii loci est eundem probare et instituere, eiusque iurisdictioni, correctioni et visitationi ipse subesse debet in iis rebus quae ad curam animarum pertinent, ad normam can. 631».

5. - *De donatione.* - In Ecclesia Dei personae sunt aut physicae (cf. cann. 96-112) aut iuridicae (cf. cann. 113-123). Ex ipsa ordinatione divina et Ecclesia catholica et Sancta Sedes moralis rationem habent personae (cf. can. 113, 8 1) et sacri canones vel auctoritas competens alia subiecta obligationum et iurium, aliis verbis, personas iuridicas, constituunt vel constituere possunt (cf. can. 113, 8 2, 114, 116, 8 2). Profecto, Ecclesiae particulares, imprimis ergo dioeceses (cf. can.

368), iuridica iam ex concessione Supremi Legislatoris gaudent personalitate (cf. can. 373). Instituta vero religiosa, horumque provinciae necnon domus secundum constitutiones proprias ipso iure habentur personae iuridicae (cf. can. 634, 8 1).

Sane, personae sive physicae sive iuridicae capacitate gaudent patrimoniali (cf. cann. 1256; 1257, 8 1), seu iure nativo bona temporalia acquirere, retinere, administrare necnon alienare valent. Administratio vero fit actionibus respicientibus res vel praestationes.

Erga autem res personae se habent, inter alia, ratione proprietatis vel possessionis, quare haec ab illa distinguatur oportet. Profecto, proprietas perfectum dominium penes personam denotat; possessio vero proprietatis usum variis modis specificandum alienae personae titulo pleni domini orbae datum (cf. coram McKay, sent. diei 27 ianuarii 2015, A. 8/2015, n. 10).

6. - Legitur in una coram Pompedda: «donatio inter vivos est contractus quo donator actu, seu in praesenti et irrevocabiliter transfert dominium rei suae in donatarium acceptantem, quatenus nempe donatio non perficitur nisi concursu duarum voluntatum: eius qui dat et eius cui datur, speciatim si formam induat contractus onerosi cum, loco bonorum quae accipiuntur, aliquid aliud reddi debeat iuxta naturam contractus synallagmatici: do ut facias» (sent. diei 29 maii 1989, RRDec., vol. LXXXI, pp. 391-392, n. 5).

Necesse est distinguere ius patronatus, quod post Codicem pianobenedictinum non amplius constitui valide poterat (cf. can. 1450 CIC 1917), originarie acquirebatur «ex fundatione vel constructione vel dotatione [...]. Fundare ecclesiam dicitur qui gratuito dat fundum seu solum sufficiens, ut ibi ecclesia exstruatur. Constituere ecclesiam dicitur, qui eam, cum consensu Ordinarii, propriis sumptibus construit» (coram Perathoner, sent. diei 27 martii 1915, ibid., vol. VII, p. 131, n. 2).

7. - *De adsignatione paroeciae deque administratione bonorum necnon de alienatione sufficit recolere aliquas normas Codicis anni 1983.* - Ut patet iuxta ordinamentum a Codice anni 1917 stabilitum, titularis paroeciae erat sive persona physica, ex. gr. determinatus sacerdos, sive persona iuridica, ex. gr. monasterium (cf. cann. 451, 8 1; 452; 471 CIC 1917). Multiplicibus inconvenientibus ex tali figura iuridica promanantibus causa, Legislator nova lege, qua utimur, tenuit opportunum eandem abrogare, statuens: «persona iuridica ne sit parochus» (can. 520, 8 1). Eodem canone datur tamen possibilitas, iam praevisa a Motu pr. Ecclesiae Sanctae Pauli VI diei 6 augusti 1966, I, 33, § 1 (cf. AAS 58 [1966], pp.

757-787), ut «Episcopus dioecesanus, non vero Administrator dioecesanus, de consensu competentis Superioris, potest paroeciam committere instituto religioso clericali vel societati clericali vitae apostolicae, eam erigendo etiam in ecclesia instituti aut societatis, hac tamen lege ut unus presbyter sit paroeciae parochus, aut, si cura pastoralis pluribus in solidum committatur, moderator, de quo in can. 517, 8 1».

Modus autem quo paroecia committitur sequentibus regitur normis, praefato Motu pr. *Ecclesiae Sanctae* iam statutis et in Codice anni 1983 receptis (cf. can. 520, 8 2): «33. § 1. Ordinarius loci auctoritate propria potest, de consensu competentis Superioris, paroeciam religioso Instituto committere, etiam in ecclesia religiosa ipsius Instituti eam erigendo. Haec paroeciae commissio potest fieri sive in perpetuum sive ad certum praefinitum tempus: in utroque casu id fieri debet mediante conventionem scriptam inter Ordinarium et competentem Superiorem Institutum, qua, inter alia, expresse et accurate indicentur quae ad opus explendum, ad personas eidem addicendas et ad res oeconomicas spectant. § 2. Loci Ordinarius potest etiam pro paroecia Religioni non concredita, Religiosum, de licentia proprii Superioris, parochum constituere, peculiari congrua conventionem inita cum eiusdem Religionis competenti Superiore».

Can. 1281 statuit: «§ 1. Firmis statutorum praescriptis, administratores invalide ponunt actus qui fines modumque ordinariae administrationis excedunt, nisi prius ab Ordinario facultatem scripto datam obtinuerint. § 2. In statutis definiantur actus qui finem et modum ordinariae administrationis excedunt; si vero de hac re sileant statuta, competit Episcopo dioecetano, audito consilio a rebus oeconomicis, huiusmodi actus pro personis sibi subiectis determinare. §3. Nisi quando et quatenus in rem suam verum sit, persona iuridica non tenetur respondere de actibus ab administratoribus invalide positis; de actibus autem ab administratoribus illegitime sed valide positis respondebit ipsa persona iuridica, salva eius actione seu recursu adversus administratores qui damna eidem intulerint».

Quintus liber Codicis iuris canonici normas dat de bonis Ecclesiae temporalibus, ubi exstat titulus tertius De contractibus ac praesertim de alienatione (cf. cann. 1290-1298). Legitur in una coram McKay: «Iam ex rubrica eiusdem tituli liquet alienationem esse speciem contractus at non omnem contractum esse alienationem sensu canonico acceptam. Etsi in aliis negotiis, illis nempe quibus condicio patrimonialis personae iuridicae peior fieri potest, servanda sunt requisita iuris circa alienationem (cf. can. 1295), haec tamen cum

istis non est itaque confundenda» (sent. diei 23 iulii 2010, RRDec., vol. CII, p. 319, n. 14).

Nam alienatio bona dumtaxat quae ad patrimonium stabile alicuius personae iuridicae pertinent respicit; attamen aes alienum contrahere vel proprium foenerari certo differt in specie ab alienatione bonorum (cf. *ibid.*).

Can. 1291 statuit: «Ad valide alienanda bona, quae personae iuridicae publicae ex legitima assignatione patrimonium stabile constituunt et quorum valor summam iure definitam excedit, requiritur licentia auctoritatis ad normam iuris competentis». Ideoque si agatur de negotio iuridico quod in provincia alienationis comprehenditur, semper requiritur (ad validitatem) licentia auctoritatis competentis ad normam praedictorum canonum.

Can. 1293 statuit: «§ 1. Ad alienanda bona, quorum valor summam minimam definitam excedit, requiritur insuper: 1° iusta causa, veluti urgens necessitas, evidens utilitas, pietas, caritas vel gravis alia ratio pastoralis; 2° aestimatio rei alienandae a peritis scripto facta. § 2. Aliae quoque cautelae a legitima auctoritate praescriptae servantur, ut Ecclesiae damnum vitetur».

Ad rem Conferentia Episcoporum Republicae Cechae statuit die 25 ianuarii 2000: «I soggetti giuridici pubblici nella diocesi, che soggiacciono all'amministrazione del vescovo (cf. can. 1297) possono stipulare i contratti inerenti l'affitto, l'alienazione e l'aggravamento dei beni ecclesiastici con altri soggetti giuridici o fisici esclusivamente con il consenso dell'Ordinario [...]. Senza questo consenso i contratti sono invalidi».

8. - De reficiendis damnis. - In hac materia praeprius prae oculis habeatur oportet can. 128, qui ita cavet vel statuit: «Quicumque illegitime actu iuridico, immo quovis alio actu dolo vel culpa posito, alteri damnum infert, obligatione tenetur damnum illatum reparandi». Quare, attenta nova legis dispositione, «actio directa refectionis damnorum institui potest si damnum illatum sit ope actus iuridici illegitimi (cf. can. 128), si tamen damnum scaturit ex delicto quod aliquis passus est, instituendus est primo processus poenalis in quo dein pars laesa propria iura prosecui valet» (coram Erlebach, decr. diei 10 ianuarii 2003, RRDecr., vol. XXI, p. 5, n. 3).

Probata iurisprudencia rotalis dicit medium magis aequum reparandi damnum illatum contractu invalido inito esse resumere debitum prouti documento invalido refertur (cf. coram Lefebvre, sent. diei 16 iulii 1966, RRDec., vol. LVIII, p. 608, n. 17).

9. - **In facto.** - Nunc iam, praemissis principiis iuris, tam canonici quam civilis Reipublicae Cechae, doctrinae atque iurisprudentiae, videndum est de merito causae, nempe controversiae inter Episcopum et Abbatiam Congregationis Z in «S.», circa proprietatem ecclesiae Sancti Iacobi in «J.» omniumque bonorum immobilium, quae, uti videtur, aedificata est anno 1250, super fundis emptis a monasterio Y. anno 1233 et anno 1307, Abbate instante, ex voluntate Episcopi Olomucensis, in ecclesiam paroecialem instituta est et dein, anno 1567, post intermissionem operae ipsius monasterii, incorporata est praefatae Abbatiae loci «S.».

Proprietas omnium bonorum immobilium, quae die 11 decembris 2002 iuncta sunt ope trium decretorum Episcopi ad mentem can. 121 paroeciae Sancti Iacobi in «J.», eodem Episcopo omnino ignaro, ope trium actuum donationis (annis 1999, 2005, 2012) translata est ad Abbatiam Congregationis Z in «S.».

Imprimis, maximi momenti est definitio tituli, qui constituit fundamentum iuris usus quoad ecclesiam Sancti Iacobi in «J.» et aedificia adnexa vindicati ab Episcopo.

Ad quam quaestionem diluendam, aequo animo perpendenda sunt quae hauriuntur ex actis causae de gressibus, quibus deventum est ad concessionem commemorati usus.

Imprimis, perpensa discrepantia inter Abbatem et Episcopum de interpretatione notionis in corporationis, opportunum est videre an agatur in casu de incorporatione plenissimi iuris vel tantum pleni iuris.

Pars conventa ad comprobanda assertam suam proprietatem ecclesiae Sancti Iacobi praedictorumque bonorum exhibuit documenta historica.

Nec huiusmodi documentum, nec documenta antiquiora exant tituli habiles ad transferendum dominium, ne colorati quidem, attento quod eorum obiectum erat alterum. Quam ob rem, sicut legitur in una coram Rossetti: «deficiente proprietatis titulo controversorum bonorum, deficit etiam bona fides» (sent. diei 5 maii 1922, RRDec., vol. XIV, p. 145, n. 19).

10. - Pars conventa ad suam sustinendam thesim argumentatur: «La parrocchia romano-cattolica presso la chiesa di San Giacomo a J. fu trasferita alla Canonica Regia nel 1591 con editto dell'Imperatore Rodolfo II. Prima di tale data la parrocchia di J. apparteneva ed era amministrata dal monastero di Z., che nella seconda metà del sec. XVI cessò temporaneamente la sua esistenza. Il

trasferimento, effettuato dall'Imperatore Rodolfo II, fu confermato nel 1643 dall'Imperatore Ferdinando III».

Quoad hanc quaestionem, necesse est perlegere documenta, quae exhibita sunt a Patrono Abbatiae Congregationis Z in «S.». De facto, cum exhibuerit documenta historica, ad rem melius dilucidandam oportet aliquid dicere de his documentis.

Si pensantur documenta quae inveniuntur in summano, contractus inter Hermannum B. et Abbatem Y. anni 1233 quod attinet, ex textu a parte conventa porrecto, uti videtur, resultat illum B. tradidisse Abbatiae ius patronatus tantum, quod originarie acquirebatur ex fundatione vel constructione vel donatione, non vero, uti videtur, ius proprietatis.

De facto, ex his documentis legitur: «Robertus, episcopus Olomucensis, ratum habet venditionis contractum de bonis [...] in monasterium Y. et Hermannum dictum B. absolutum; idemque curam animarum ecclesiae in J. abbati Y. committit et decimas ad eandem ecclesiam pertinentes in villis accurate nominatis monasterio Y. confirmat». Ceterum curam animarum ille B. Abbatiae non solum non tradidit, sed nec potuisset tradere, cum ipse eam possidere non valuisset. Praedictus contractus, dein, firmatus est tum a Roberto, Episcopo Olomucensi, qui tantummodo addidit et commisit «curam animarum abbati Y. et fratribus eius in J., que ad nostrae spectat dioecesis iurisdictionem» una cum decimis ad praefatam ecclesiam in «J.» spectantibus, tum a Pontifice Bonifacio IX. Nam in litteris diei 3 februarii 1400 de beneficiis ab oppidanis fundandis in ecclesia paroeciali in «J.», legitur Abbatiam Congregationis Z habere «ius presentandi rectorem sive perpetuum vicarium ad dictam paroecialem ecclesiam, cum illam vacare contigerit».

Patet igitur ea documenta nullo modo mutavisse titulum ob quem memoratum Monasterium Y. tantum ius patronatus in ecclesia acquisivit, quod postea coniunctum est cum instituto incorporationis. Ideoque monasterium utpote constructor tantum ius patronatus in ecclesiam acquisivit, perspecto etiam quod, sicut legitur in Tractatu de Iurisprudencia Sacrae Romanae Rotae, a C. Holbóck concinnato, «ecclesiae sunt entia iuridica a suo rectore vel fundatore [vel constructore, adiungi potest] distincta, obligationum et iurium capacia» (Graetiae - Vindobonae - Coloniae 1957, p. 262).

Hac de re in peritia exarata a perito in historia iuris, D. Janis, legitur: «Il 16 dicembre [1643], fu emanato da Ferdinando III il documento confermante

l'incorporazione della parrocchia di San Giacomo di J. al monastero di S. Anche in questo caso decide il signore come proprietario e il beneficium stesso é soltanto "dato e incorporato" (data et incorporata sunt); l'istituzione autorizzata, in conformità a ciò, soltanto lo ^utilizzava e ne beneficiava" (usi ac fruiti) e lo deve allo stesso modo "avere, tenere, usare e beneficiarne" (teneant, possideant, utantur ac fruuntur) [...], le formulazioni indicate Indirizzano molto precisamente verso lo stato di uso, non di proprietà, fondato sull'istituto dell'incorporazione» (cf. etiam documentum Ferdinandi III diei 16 decembris 1643, cuius transcriptio partialis invenitur in summario).

11. - Ex his relatis clare patet incorporationem paroeciae Sancti Iacobi ad Abbatiam habenda esse pleno iure, minime vero, uti contendit Patronus partis conventae, agi de incorporatione plenissimo iure. Etenim - prae oculis habito quod olim locus «J.» ad dioecesim Olomucensem, nunc ad aliam dioecesim Moraviae, anno [...] institutam, pertinet - maximi momenti ad rem est decisio - in forma specifica firmata a Pontifice Benedicto XIV diei 18 septembris 1755 Litt. ap. Ad solium iustitiae - S. Congregationis Concilii, Olomucen. Iurisdictionis diei 7 iunii 1755, ex qua patet quod Ordines Regulares, et praesertim Congregatio Z in paroeciis in dioecesi Olomucen. auctoritatem Episcopi subire teneantur relate ad paroecias eisdem «unitas et annexas» et nullomodo alienare possint dotes «sine indulto Pontificio et Episcopi licentia» (F. Romita, De unione paroeciae aliorumque entium ecclesiasticorum domui religiosae, in Monitor ecclesiasticus 88 [1963], p. 342).

Ad controversias dirimendas circa proprietatem ecclesiae Sancti Iacobi in «J.» omniumque bonorum immobilium, incorporatae Abbatiae, auxilio Nobis est etiam Const. ap. Romanos Pontifices Leonis XIII, diei 8 maii 1881, ex qua constat quod paroeciarum unio domui religiosae minime importat incorporationem bonorum paroecialium in eandem domum, sed ius percipiendi «beneficii fructus et quae beneficiati personae adhaerent» (Codicis Iuris Canonici Fontes, curante P. Gasparri, vol. III, p. 183, § 24), ut stipendia missarum, incerta stolae aliaque huiusmodi.

Animadvertendum est quod in beneficiis paroecialibus concedendis monasteriis, Sacra Congregatio Concistorialis, quamvis ageretur de unione per se et de facto perpetua, addere tamen solebat clausulam «ad nutum S. Sedis», ut exinde «constaret natura precarii, qua unió fiebat quaque Monachi fruebantur bonis paroecialibus; ac proinde confirmata maneret exclusio translationis iuris proprietatis bonorum paroeciae in Monasterium» (F. Romita, art. cit., p. 399) uti

iam declaratum fuit a supra allata Constitutione Leonis XIII. Et adhuc: «in precario ius proprietatis integrum manet apud dominum rei, et qui precario rem accepit, habet tantum facultatem de facto fruendi re, quam accepit [...], iuxta principium iuris romani, "nemo sibi ipse causam possessionis mutare potest": unde quod precario quis accepit, precario semper habet, nec ideo est locus praescriptioni: precarium enim praescriptionem non patitur» (ibid., p. 400).

12. - Incorporatio de qua agitur congruit cum instituto nuncupato «unione pleno iure» Codicis piano-benedictini, qui nihil fecit nisi ius vetus, ante annum 1917 vigens, recepit. Ad dotem enim quod attinet beneficii paroecialis domui religiosae uniti pleno iure, dicendum imprimis est quod can. 1425 CIC 1917 omnino excludit translationem in domum religiosam iuris proprietatis super eandem dotem. Etenim, «si [...] beneficium domui religiosae - tenet F. Romita - unitum fuerit pleno iure (scilicet non solum quoad temporalia sed etiam quoad spiritualia ita ut domus religiosa titularis fiat eiusdem beneficii paroecialis, quod proinde fit religiosum), tunc domus religiosa, ad mentem can. 1472, "omnibus iuribus fruitur tam temporalibus quam spiritualibus, quae beneficio adnexa sunt" atque ideo, in temporalibus, non solum partem fructuum, sed omnes fructus percipit ex dote officio adnexos: at agitur semper de fructibus, non de iure proprietatis in bona, quae dotem beneficii constituunt. Beneficiarius namque nullatenus constituitur proprietarius bonorum dotis beneficii» (ibid., p. 402).

Insuper unio pleno iure afficit, praeter beneficium paroeciale, etiam ecclesiam paroecialem. Etenim ecclesia paroecialis, uti persona moralis, in unione pleno iure paroeciae domui religiosae, fit religiosa, quatenus competit religiosis officium sacrum exercendi publicum cultum ecclesiae paroeciali inhaerens, sive ex ipso iuris praescripto (cf. can. 497, § 2 CIC 1917) sive ex deputatione Auctoritatis ecclesiasticae

competentis (cf. can. 609, § 3; 1171; 1191 CIC 1917). Ideoque ecclesia paroecialis, uti persona moralis, in praefata unione nativam suam autonomiam entitative servat, ita ut, quamvis fiat religiosa in sensu praedicto, haud tamen confunditur cum domo religiosa cui unita est. Profecto utraque persona moralis (ecclesia paroecialis - domus religiosa) in suo esse permanet.

Utrumque tamen nullibi constat Abbatiam Congregationis Z tunc opposuisse perpetuitatem usus propter quandam Episcopi loci concessionem.

Id saltem implicite confirmatur ex eo quod nullo modo incorporatio paroeciae Sancti Iacobi habenda est plenissimo iure, subtrahenti paroeciam ex iurisdictione Episcopi (nam minime probatum est Abbatem loci «S.» quasi iurisdictione episcopali perfructum esse quod attinet ad paroecias incorporatas), sed tantum pleno iure, una cum omnibus consecrariis profluentibus.

Plene confirmatur persuasio, iuxta quam concessio usus ecclesiae Sancti Iacobi in «J.» et aedificii adnexi Abbatiae Congregationis Z vi contractus non erat perpetua, ideoque nullam invenimus in causae actis notitiam de possibili adsignatione eiusdem paroeciae praefatae Abbatiae ex parte Episcopi loci ad mentem can. 520, 88 1-2. Quae adsignatio, lege praevisa, si fuerit facta et quidem debito tempore opeque conventionis scriptae, suscitatae quaestionem nullitatis donationum vanam reddere potuerit.

13. - Nunc nihil aliud restat quam examinare etiam tabulas agrorum divisionis et commentarii («catasto»). Comprobatum est ex praedictis documentis quod omnia bona in casu prae manibus (agitur de personis iuridicis historicis: «Praebenda paroecialis romano-catholica Sancti Iacobi», «Ecclesia romano-catholica Sancti Iacobi», «Sacellum catholicum Sancti Iohannis Baptistae», «Ecclesia catholica Spiritus Sancti»), ab anno 1884 pertinuerunt ad ipsam «Chiesa cattolica di rito romano di San Giacomo a J.», utpote personam iuridicam, quae, die 11 decembris 2002, iunctae sunt ope trium decretorum Episcopi dioecesanii cum paroecia Sancti Iacobi ad mentem can. 121. Quare Abbatia - uti constat ex perantiquis documentis - etiam ante dictaturam communisticam numquam inscripta est uti domina praefatorum bonorum.

Denique ex omnibus documentis quae antea rettulimus, patet in casu nullam renuntiationem factam esse ab Episcopo.

14. - His relatis et in lucem posita apta notione incorporationis cuiusdam paroeciae alicui instituto religioso una cum consecrariis profluentibus, ex qua constat, nostro in casu - uti iam supra diximus - de incorporatione paroeciae Sancti Iacobi, tantum pleno iure (quae iurisdictio ex Episcopi dioecesanii potestate non eximitur) Abbatiae (seu Canonici Realis) Congregationis Z in «S.», nunc transeamus ad videndum de donationibus, Episcopo omnino ignaro, Abbatiae Congregationis Z a Parocho Sancti Iacobi factis.

Ideoque - prae oculis habitis litteris Abbatis diei 14 augusti 2015 ad N. A. F. missis, in quibus ad probandum suum modum agendi ipse scripsit: «I trasferimenti furono effettuati dalla parrocchia di J. e dalla Canonica Regia,

ritenendo che il diritto di incorporazione trovasse maggiore corrispondenza, nel diritto ceco, nel diritto di proprietà» - valida argumenta pro invalidis declarandis tribus donationibus diebus 1 novembris 1999, 21 decembris 2005 et 16 aprilis 2012 a Parocho Sancti Iacobi Abbatiae Congregationis Z factis, a Patrono partis actricis suo in restrictu exposita, Turnus sua facit et apta esse censet, iuxta condiciones cann. 1281, 1291, 1292 statutas, ad probandum Parochum invalide egisse cum donavisset bona immobilia paroeciae (agitur respective de aedificio sito in «J.», sito in «Jakubske namesti»; ecclesia Sancti Iacobi; ecclesia Sancti Ignatii; sacello Sancti Ioannis Baptistae; ecclesia Spiritus Sancti, quae bona pretiosa artis vel historiae causa sunt, necnon ecclesia Sacri Cordis Iesu) ad Abbatiam Congregationis Z, deficientibus licentiis Ordinarii et Sanctae Sedis.

Administratio bonorum ecclesiasticorum praecipue ei competit, «qui immediate regit personam ad quam eadem bona pertinent» (can. 1279, 8 1), id est hoc in casu Parochus S. Iacobi.

Episcopus, praeter munus advigilandi (cf. can. 1276, 8 1), intervenire potest in casu neglegentiae administratoris (cf. can. 1279, 8 1), et «anche in relazione a eventuali conflitti di interesse tra l'ente e chi agisce a suo nome» (Pontificium Consilium de Legum Textibus, La funzione dell'autorità ecclesiastica sui beni ecclesiastici, 12 febbraio 2004, in *Communicationes* 36 [2004], p. 27), sicut nostra in causa, ubi Parochus est sodalis Congregationis Z et conflictio dilucide patet inter cum et Abbatem Congregationis Z, eius superiorem.

Utrumque attenta memorata natura incorporationis pleno iure, quae iurisdictionem ex Episcopi dioecesani potestate non eximit, plane probata est invaliditas donationum a Parocho Sancti Iacobi ad Abbatiam Congregationis Z factarum. Ideoque bona restituenda sunt ad paroeciam Sancti Iacobi.

15. - *De damnis reficiendis paroeciae Sancti Iacobi.* – Comprobato quod in causa prae manibus agitur de donationibus plane irritis quatenus illegitime factis in exercitio proprii muneris ex parte Parochi Sancti Iacobi in «J.», permittimur congruam illorum actuum facere qualificationem etiam sub aspectu damnorum reficiendorum, ortorum ex capta a parte conventa illegitime possessione ac temporali saltem fruitione, quae donationibus adnexae sint.

Nullum adest dubium quin decursu temporis a primo irriti actu donationis (anno 1999) elapso, pars conventa proprietate ita capta frueretur saltem a die 26 septembris 2000 ad modum lucri cessantis in damnum partis actricis, vi cuiusdam

contractus locationis deversorii, in foro civili agniti, quo aedificium situm in «J.» utpote deversorium lucratur.

Convenire possumus cum propositione navi Patroni fiduciae partis actricis, resumendi debitum pro annis 2001-2016 mensura, moderanda sive detrimento annuo valoris nummorum Reipublicae Cechnae ab Argentaria Status indicato sive detrimento, a Patribus de Turno iuste aestimando, expensarum, quas Patroni partis conventae expetiverunt pro meliorationibus immobilium praefatae parociae Sancti Iacobi ex parte Abbatiae Congregationis Z in «S.» sustentarum.

16. - Quibus omnibus cum in iure tum in facto bene consideratis, pensatis scriptis defensionalibus partium necnon voto pro rei veritate a Promotore iustitiae exhibito, Nos infrascripti Praelati Auditores de Turno declaramus, decernimus ac definitive sententiamus ad proposita dubia respondententes:

1. *Adfirmative, seu constare de nullitate donationum dierum 1 novembris 1999, 21 decembris 2005, 16 aprilis 2012, in casu.*
2. *Non proponi.*
3. *Adfirmative seu partem. conventam condemnari ad reficienda damna mensura prouti refertur sub n. 15.*

Romae, in sede Rotae Romanae Tribunalis, die 3 maii 2017.

Abdou Yaacoub
Michael Xaverius Leo Arokiaraj
Alexander Arellano Cedillo, *Ponens*

SENTENCIA

ANTE EL R.P.D. ALEJANDRO ARELLANO CEDILLO

MORAVIA

SUMARIO

1–2. Esbozo del caso. 3. Sobre la incorporación. 4. Sobre la unión pleno iure «ad nutum Sanctae Sedis» («a voluntad de la Santa Sede»). 5–6. Sobre la donación. 7. Sobre la asignación de la parroquia, la administración de bienes y la enajenación basta con recordar algunas normas del Código de 1983. 8. Sobre la reparación de daños. 9. Dada la discrepancia entre el Abad de la Congregación Z y el Obispo actor respecto a la interpretación del concepto de incorporación, conviene examinar si en el caso se trata de una incorporación *plenissimo iure* o meramente *pleno iure*. 10–12. De los documentos resulta claramente que la incorporación de la parroquia de San Jacobo al monasterio no es *plenissimo iure*, es decir, no sustrae la parroquia de la jurisdicción del Obispo diocesano, sino únicamente *pleno iure*, con todas las consecuencias que de ello se derivan. 13. El monasterio, según documentos muy antiguos, tampoco antes del régimen comunista estuvo registrado en los catastros como propietario de los bienes mencionados. 14. Atendida la naturaleza de la incorporación *pleno iure*, que no excluye la parroquia de la potestad jurisdiccional del Obispo diocesano, queda plenamente probada la nulidad de las donaciones hechas por el párroco de San Jacobo al monasterio de la Congregación Z. 15. Sobre la reparación de daños a la parroquia de San Jacobo. 16. Decisión a favor de la parte actora.

SENTENCIA DEFINITIVA del día 3 de mayo de 2017

1. Mediante tres escrituras de donación suscritas los días 1 de noviembre de 1999, 21 de diciembre de 2005 y 16 de abril de 2012, el párroco -miembro de la Congregación Z- de la parroquia dedicada a San Jacobo, situada en el municipio «J.», en calidad de donante, transfirió la propiedad de todos los bienes inmuebles de dicha parroquia a la Abadía (o Colegiata Real) de la Congregación Z en «S.», en calidad de donataria. El Obispo diocesano ignoraba totalmente dichos actos, realizados sin la licencia canónica exigida y obtenida conforme a los cánones 1281, 1291 y 1292 del Código de Derecho Canónico.

Al descubrir en abril de 2013 las tres donaciones a favor de la Colegiata Real, el Obispo mismo amonestó al Abad a restituir los bienes recibidos mediante los citados actos, pero sin éxito.

En la situación actual, la mencionada parroquia de San Jacobo no posee ningún inmueble.

2. El día 5 de diciembre de 2014, el Excelentísimo Obispo interpuso recurso en nombre de la parroquia de San Jacobo en la ciudad «J.», conforme al canon 1480 §2, ante la Sagrada Rota Romana. Obtenida la avocación de la causa mediante decreto del Excelentísimo Decano del Tribunal del día 17 de marzo de 2015, se constituyó válidamente la Sala.

Actuando en juicio en nombre de la parroquia de San Jacobo conforme al citado canon 1480 §2, el Excelentísimo Obispo presentó una demanda en la que concluye así:

«Expuestos los hechos, el infrascrito solicita a este Tribunal Apostólico que:

1) declare nulos los citados actos de donación, por carecer completamente de la licencia requerida para su validez tanto por derecho universal como particular (cf. cann. 1281; 1291-1292);

2) condene a la parte demandada al pago de las costas procesales, junto con la tasa de la sentencia y los honorarios del letrado, así como a la reparación de los daños».

Admitida la demanda, en sesión del 31 de julio de 2015 se fijó la cuestión litigiosa en primera instancia mediante la siguiente fórmula:

1. ¿Deben declararse nulas las donaciones hechas por el párroco de San Jacobo en «J.» a la Abadía de la Congregación Z en «S.» los días 1 de noviembre de 1999, 21 de diciembre de 2005 y 16 de abril de 2012, por haberse efectuado ilegítimamente? Y, en caso negativo,
2. ¿Debe concederse a la parte actora la rescisión de dichas donaciones?
3. ¿Debe repararse el daño causado a dicha parroquia, y en qué medida?

Finalizada la instrucción mediante la recepción de los documentos presentados por ambas partes, y tras varios intentos infructuosos de conciliación mediante mediador, se publicaron debidamente los autos mediante decreto del 3 de agosto de 2016.

3. **In iure.** Sobre la incorporación. Se lee en la doctrina: «La incorporación, que constituye una especie de unión de beneficios y por eso en derecho canónico también se denomina unión, consiste -según Aichner, *Compendium iuris ecclesiastici*, 11ª ed., p. 275- “en que un beneficio se agrega a un colegio, capítulo, monasterio, universidad o dignidad, normalmente con el fin de incrementar la dotación. Siempre debe nombrarse un vicario para cumplir las obligaciones del beneficio incorporado... Se distinguen tres clases de incorporación:

- La primera se llama *unio quoad temporalia tantum o non pleno iure*: los bienes temporales de la parroquia se asignan, por ejemplo, a un monasterio, pero la cura de almas la ejerce un rector del beneficio designado por el obispo a propuesta del monasterio.
- La segunda, *unio pleno iure*, ocurre cuando tanto los bienes temporales como espirituales pertenecen al monasterio, de modo que la cura de almas reside habitualmente en el capítulo o en el prelado que lo representa, aunque en la práctica la ejerza un vicario temporal nombrado del seno del capítulo. Mediante esta unión cambia el estatus y la naturaleza del beneficio, hasta el punto de que, en cuanto al título, se extingue como beneficio y pasa a ser parte o predio del otro al que se une.
- La tercera, *unio plenissimo iure*, es aquella en la que el prelado del monasterio ejerce una jurisdicción casi episcopal sobre el clero y el pueblo sujeto, y esta jurisdicción se sustrae de la potestad del obispo diocesano”.

La institución de la incorporación, tanto en lo referente a la cosa como al nombre, ya estaba suficientemente desarrollada en el siglo XIII, de modo que ya no es lícito dudar de su alcance y significado» (*Coram Heiner*, 31 de marzo de 1914, *RRDec.*, vol. VI, pp. 171-172, n. 4).

4. Sobre la unión pleno iure «ad nutum Sanctae Sedis» («a voluntad de la Santa Sede»). Conviene recordar el canon 1425 §1 del CIC 1917: «Si la Santa Sede une una parroquia a una casa religiosa sólo en lo temporal, dicha casa religiosa participa únicamente de los frutos parroquiales, y el Superior religioso debe presentar al Ordinario local un sacerdote del clero secular para que sea instituido en ella, asignándole una porción congrua». Y §2: «Pero si la unión se hace pleno iure, la parroquia se convierte en religiosa, y el Superior puede nombrar un sacerdote de su propia religión para ejercer la cura de almas; sin embargo, corresponde al Ordinario local aprobarlo e instituirlo, y dicho sacerdote debe estar sujeto a su

jurisdicción, corrección y visita en todo lo relacionado con la cura de almas, conforme al canon 631».

